

- A** ¶ Symboli particulam, ex filioq; a septimo generali concilio constat celebratam fuisse, sed hoc aliàs accuratius perscrutabimur. Symbolum autē dixistis a maioribus nostris ita probatum & obsignatum fuisse, vt nulla ratiōe mutari liceat, quēadmodum ex eo cognosci potest, q̄ verbum *θεοτοκος*, id est, deipara, in symbolo neutiq; celebratur. De qua cum esset Nestorij tēporibus vocatum in dubium, an mater dei nominari deberet, necne, habita diligētī consideratione, concilium definiuit, vt vera dei mater appellaretur, quod tamen symbolo (vt dicitis) nolens addere, decreuit, vt in actis eius conscriberetur, posteritatiq; traderetur. Quę omnia, patres amplissimi concedimus, ac vera fatemur esse. Sed ideo necesse nequaquam fuisse, vt verbum illud symbolo adderetur, q̄ pluribus alijs symboli verbis cognoscitur, Mariam virginē dei genitricē esse. Nam ex patre natum. & consubstantialē patri (filius enim deus est, quēadmodum etiam pater) amplius & incarnatus, & homo factus, omnia hęc in symbolo celebrata, proculdubio deum & hominem natum esse significant. Præterea, tamētī definitiones & symbololum in aliquo differunt, in pluribus tamē conueniunt. Nam differre quidē videntur, q̄ plura eorum, quę ad fidē pertineant, a definitionibus, q̄ a symbolo cōtinent, (de quibus in præsentia dicere non est opus, nā multa volumina decretis eiusmodi plena sunt) conueniunt autē, q̄ simul ad nostram spectant religionē. Propterea nostri maiores ipsi
- B** us symboli ac decretorū omnium auctores, pro cunctis similiter interdixerant, vt symbolum pariter & decreta, vim eandē habere ostēderēt. Vnde euenit, vt eorundē symboli ac decretorū præuaricatores, in quibuscumq; conuētib; anathemate fuerint deuincti, nō tamē propterea Chřifidelibus vīsum fuit, fidē in aliquo diminutam fuisse. Virgini autē dei genitricē fuisse, tantundē est in definitionibus fuisse repositum, ac si in symbolo celebratum fuisset. Quod tamē si patres nō facere voluissent, his quas supra diximus rationibus, procul dubio potuissent, quēadmodum posteriores synodi multa symbolo verba addiderunt, quę nō ita vt verbum dei genitrix, necessaria fuisse vident. Illis enim synodis exploratum fuerat, quę de seruatore nostro in Niceno symbolo celebrant, quāmaxime satisfacere. ¶ In hoc valde dissentire videmur, si omnia post primum concilia generalia, verbum, deiparam, addere symbolo voluissent, vtrum potuissent, an non? Et si Chalcedonēsis cōcilium, quod materiam hanc tractauerat, id fecisset, an prophatum fuisset? Respondet ergo pater Ephesius, rñdea (inquam) ac assimet, vel deneger. ¶ Non necessarium eē videt, vt ad hoc solum rñdeat, vęq; tota intellecta orōne, vobis ad omnia respondebitur. ¶ Videre videor mētem vestram, patres amplissimi. Creditis em̄ sanctos Chalcedonēsis concilij auctores, fuisse prophanos, si verbum, deiparam, symbolo addidissent. At si synodorū dignitatis rationem habere volumus, eandē cunctis facultatē fuisse credemus. Sin autē ipsarū auctōrū numerū considerare velimus, in Ephesina sane ducetos, in Chalcedonēsi vero sexcetos & triginta patres fuisse constat, qua quidē ratione hęc illa dignior, maiorisq; potestatis fuisse videretur.
- C** ¶ Satis nobis videtur, patres amplissimi, vestris quæstionibus respondisse, ipsaq; dissoluisse. Nam symbola & decreta diuinaq; dogmata, nec non sanctorū literę, quas in medium protulistis, in hoc conuenire videntur, q̄ cuncta significant, meminī Christifidelī licere diuino symbolo fidē aliam addere, literisve mandare, aut quouis modo proficere, quandoquidē patres hi de verbis nihil curauerant. Ipsi autē demonstrauimus Romanam ecclesiam, neq; nominibus, neq; verbis, neq; aliquaratione diuersam fidē posteritati prodidisse. Patet etiā illud, ex filioq;, quod ipsa Romana ecclesia solet in symbolo celebrare, nequaquā fuisse vetitum. Sequitur caput vltimū, explicare, ac multis argumentis probare, Romanę ecclesię licuisse particulam ipsam dilucidare p̄dicatēq; cum p̄sertim sanctorū p̄fūm suā mota, magnorū principū auctoritate adducta, magna deniq; necessitate coacta fuerit. Proptereaq; maiores nři huic snice facillime acquieuerāt, quēadmodū vos, q̄ proborū parentū probi filij esse cēsemini, facere, ac sentire nobiscū deberetis. Sed nūc sanctorū doctōrū auctoritates in mediū afferamus, ac in primis Augustini illustissimi Latinoꝝ doctoris, quē quinta synodus cōsecrauit, q̄ppe q̄ multis in locis, p̄sertim in libro de trinitate, sc̄m̄ ipm̄ ex p̄fē filioq; procedere scriptū reliquit. Idē etiā clarissimus doctor Ambrosius literis mandauerat. Idem Gregorius noster testatur, Hilarius etiam (quem magnum appellare soletis) eandē sentētiā in libro de trinitate reliquerat. Quorū omnium doctōrū sentētiā si diligenter perpēderitis, proculdubio cognoscetis